



PRIMUM PERIODICUM  
AENIGMATUM LATINORUM



Annus MMXVIII – numerus XXXV

Curator:  
Lucas Cupidus

Consilium editorum: Herimannus Novocomensis, Iconoclastes,  
Lydia Ariminensis, Theodorus

# CRUCIGRAMMA FACILE

I	II	III	IV	V
VI				
VII			VIII	
IX		X		
XI				

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→)

**I.** \_\_ , secunda, tertia; **VI.** \_\_ Aurea, Argentea, Aenea, Heroica, Ferrea; **VII.** Prima syllaba urbis; **VIII.** Eo, is, \_\_ ; **IX.** Pulsor, tundor; **XI.** Insuavis, aspera.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓)

**I.** Intelligenti \_\_ ; **II.** De \_\_ natura (Lucretius); **III.** Eo, is, \_\_ ; **IV.** Ubi \_\_ , minor cessat; **V.** Per aspera ad \_\_ ; **X.** \_\_ mi basia mille (Catullus).

**Auctor:** Lucas Cupidus

	I	II	III	IV	V
VI					
VII			VIII		
IX		X		XI	
XII			XIII		
XIV					

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→)

**I.** Rex Iudeorum; **VI.** \_\_ , ergo sum; **VII.** Prima syllaba omnis; **VIII.** Cogito, ergo \_\_ ; **IX.** Requiescat In Pace; **XI.** Rubicon (prima syllaba); **XII.** Sedes intellectus atque affectuum; **XIV.** Fluens.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓)

**I.** \_\_ , quo vadis?; **II.** Agrigentum (abbreviatio); **III.** Si \_\_ pacem, para bellum; **IV.** Eo (part., fut.); **V.** Aedificium quo homines habitant; **VI.** \_\_ populo; **X.** Religiosa, devota; **XIII.** Moenia (consonantes).

	I	II	III	IV	V
VI					
VII			VIII		
IX		X		XI	
XII			XIII		
XIV					

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→)

**I.** Stemus, stetis, \_\_ ; **VI.** Iulius \_\_ ; **VII.** Acta sine vocalibus; **VIII.** Nec mea, nec sua; **IX.** X – VII; **XI.** Consonantes cenae; **XII.** \_\_ Caesar; **XIV.** Templum Isidis.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓)

**I.** Satis (comparativus); **II.** Ave, Caesar, morituri \_\_ salutant; **III.** Nunc \_\_ bibendum; **IV.** Nucleus nucis; **V.** Cis (contrarium); **VI.** CLI + CLII; **X.** Ilia ( -> nom., sing.); **XIII.** Vocales ictus.

# INQUISITIO VERBORUM

Verba indicata inveni.

Litteræ reliquæ imaginis delineatæ nomen formabunt.

A	M	S	B	E	R	O	L	I	N	U	M
I	U	A	I	T	E	T	U	L	M	A	U
R	I	A	A	N	A	L	B	E	A	V	I
B	H	P	R	A	G	A	M	G	I	M	N
A	C	S	O	M	S	I	I	N	T	O	I
G	N	M	U	T	I	R	D	A	M	N	D
A	I	A	I	H	P	O	S	O	E	A	N
Z	S	E	N	A	B	L	O	R	N	C	O
D	L	A	N	O	M	E	A	A	O	U	L
B	E	R	N	A	I	M	L	O	H	M	M
M	H	A	U	M	E	A	N	E	H	T	A

AEMONA  
ATHENAE  
BERNA  
BEROLINUM  
EBLANA  
HELSINCHIUM  
HOLMIA  
LONDINIUM  
LUTETIA  
MADRITUM  
MONACUM  
MOSCA  
**PRAGA**  
RIGA  
ROMA  
SENA  
SINGIDONUM  
SOPHIA  
ULMA  
VINDOBONA  
ZAGABRIA



Auctor:  
**Rela Girolami (RIP)**

# QUADRATUM LATINUM

II		IX	VIII	VII		I		III
I			IX			VII		
III	V	VII			II		IX	VI
VI	III					V		II
		VIII				IX		
IV		II					VII	I
IX	IV		VI			II	I	VIII
		VI		IX				VII
VII		V		II	VIII	III		IX

Comple ut in omni quadrato, linea columnaque, numeri ab I usque ad IX eveniant.


I		T	L	E		A		U
A			T			E		
U	D	E			I		T	C
C	U					D		I
<b>D</b>	<b>E</b>	<b>L</b>	<b>I</b>	<b>C</b>	<b>A</b>	<b>T</b>	<b>U</b>	<b>S</b>
S		I					E	A
T	S		C			I	A	L
		C			T			E
E		D		I	L	U		T

Comple ut in omni quadrato, linea columnaque, litterae D, E, L, I, C, A, T, U, S eveniant.

# CRUCIGRAMMA SYLLABICUM

In omni quadrato scribe syllabam. Syllabæ necessariæ enumeratæ sunt:

**A, AN, BA, BRO, CEM, CU, DE, DI, E, GE, GO, LI, LI, LO, MUS, NE, NE, NO, PA, RI, RI, SI, SI, TA, TE, VI.**



**Auctor:** Rela Girolami (RIP)

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→ )

**I.** Vinetum (nom., f., sing.); **III.** Aequitate (abl., f., sing.); **VI.** IX + I; **VII.** Extollo, in rectum colloco; **VIII.** Frigidi; **IX.** Volumen quod legimus (abl., m., sing.); **X.** Lacertosí, torosi; **XI.** Veteres, antiqui.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓ )

**I.** Cernebamus; **II.** Stragem, caedem; **III.** Priami filius (dat.); **IV.** Conspergo, madefacio; **V.** Obscuri; **VII.** Expulsi; **VIII.** Conglacio, astringo; **IX.** Ungo.

### COMPONE SENTENTIAM

Sententiam (VII, III, V) compone a littera **P** ad **A** per saltus vel in lineam transversam vel in perpendiculum vel in lineam obliquam.

<b>P</b>	E	O	N	R
S	R	N	A	G
O	N	A	T	<b>A</b>

### EXEMPLUM

Errare  
humanum  
est

S	<b>T</b>	R	E
E	R	M	U
M	A	A	H
U	N	R	E

# NUNTII



<https://la.wikipedia.org/>

- ① 22 Aprilis - In Pakistania femina viginti quattuor annorum mixtura olea usta est ab adsecatore cum noluisset ad religionem Mahometi se convertere ut ei nubere posset: gravissime se habet.
- ② 14 Aprilis - USA, Britannia, Francia plus centum missilia in tres metas Syriacas miserunt, in quibus arma chemica conficiebantur et tractabantur.
- ③ 10 Aprilis - Coram senatu Marcus Zuckerberg, fundator et curator Librivultum (Facebook), rerum privatarum furti et usus coniecit in se culpam.
- ④ 7 Aprilis - Coreani septentrionales nuntiaverunt se ad consultandum paratos esse de quaestione, quo modo paeninsula Corea armis nuclearibus exueretur.
- ⑤ 7 Aprilis - Tres scriptores pernoti, scilicet Peter Englund, Klas Östergren, Kjell Espmark, se discesserunt de societate Academiae Sueciae, cuius est de praemiis Nobelianis litteraturae decernere.
- ⑥ 2 Aprilis - Tiangong-1, statio spatialis Sinensium, Kalendis Aprilibus multo mane in regionem meridianam Oceani Pacifici praecipitavit.
- ⑦ 28 Aprilis - praesidens Russiae Vladimirus Putin iterum electus est.

**Papa Franciscus**

@Pontifex\_In

Tuus adventus in paginam publicam  
Papae Francisci breviloquentis  
optatissimus est.

📍 Ex Civitate Vaticana

🔗 news.va

⌚ Iscritto a novembre 2012

Twitta a

TWEET  
527FOLLOWING  
8FOLLOWER  
360000

Following

Tweet

Tweet e risposte

Foto e video

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 3 h

Deus unus veram felicitatem tribuere valet: non est tanti in ea alibi inquirenda  
terre tempus, in divitiis, voluptatibus, dominatu persequendis.



7



44



121

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 25 apr

Veri christiani haud timent alios patere, cum aliis vitae spatia communicare, loca  
fraternitatis facta.



10



55



186

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 24 apr

Vita plene perficitur cum ut donum offertur; nihil valet dum intra se manet.



11



67



224

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 23 apr

Dei Verbum est lampas ad futurum inspicendum: in eius lumine temporum signa  
conspici possunt.



12



63



229

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 22 apr

Sancti Francisci Assisiensis exemplum sectemur: nostram communem Domum  
colamus.



8



75



230

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 22 apr

Dei vocatio unumquemque nostrum vocantis est donum quod laetitia replet.



10



73



194

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 21 apr

Cum nos nobis replemus, Deo non datur locus. Flagitemus a Domino ut cor  
nostrum convertat.



6



62



205

**Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 20 apr

Ut Deum conveniamus sat est se agnoscere indigentem; ad Eum accedimus cum  
intus parvuli efficimur.

Chi segue - Aggiorna - Visualizza tutto



# CRUCIGRAMMA ABSCONDITUM

Omni numero diversam litteram coniunge

I	II	III	D	IV	V		VI	VII	VIII	VII	IX
IV	X	IV	N	VIII	VII	XI		I	VII	IX	IV
III	XII	VI	C	II	I	XIII	XI		I	VII	O S
XII		VII	V	VII			II	IX	XII		XIII
VI	XIII	IX		XI	IV		I	XII	VIII	XIII	I
XII	IX	II	I		XIV	V	VII	VI	II	IX	XII
VIII	VII	V	II	I		XI	II	V	II	V	
II	IX	XII	XI	V	II		I	XII	V	IV	

Auctor:  
Rela  
Girolami  
(RIP)

## VOCALES NON SUFFICIUNT

Scriptum Quintiliani restitue per diversam litteram omni numero.

1 i 2 u 3 - 3 e 4 4 a e, - 5 u 6 6 a 7 - 8 e 4 3 i 6 i 3 a 3 e 7 - 9 a 10 e 5 3 i, -  
 5 i 9 i 6 - o 11 3 i 7 u 1 - a 12 4 i 2 o 6 a - 11 4 o 8 u e 4 i 3, - e - 3 e 4 4 a -  
 u 10 e 4 i - u 3 i 6 e - a 6 i 13 u i 14, - e 3 i a 7 - 5 u 6 6 o - 2 o 6 e 5 3 e -  
 5 a 1 2 e 3 u 4. - A 3 - i 5 - 1 o 6 o - 8 e 2 u 5 14 o - 11 6 u 1 - 2 u 6 3 o 4 -  
 13 u a 7 - i 11 1 a - 11 e 4 - 1 e - 10 o 5 i 3 a 1 - 1 o 6 i - e 8 8 i 2 i e 3. -  
 5 a 3 u 4 a - 7 a 3 e 4 i a e, - a 4 1 - 14 o 2 3 4 i 5 a e - e 1 3; - 9 a e 2 -  
 8 i 5 12 i 3, - i 6 6 a - 8 i 5 12 i 3 u 4. - 5 i 9 i 6 - a 4 1 - 1 i 5 e - 7 a 3 e 4 i a; -  
 7 a 3 e 4 i a e - e 3 i a 7 - 1 i 5 e - a 4 3 e - 11 4 e 3 i u 7 - e 1 3. - A 4 1 -  
 1 u 7 7 a, - 7 a 3 e 4 i a - o 11 3 i 7 a - 7 e 6 i o 4.

# REBUS

4, 3, 3, 3 = 7, 6



TIS



BIS

Auctor: Rela Girolami (RIP)

INSUPERABILIS

SNUPUS




*La Spiga*  
EDIZIONI

[www.elionline.com](http://www.elionline.com)

## CINEMATA

*Scriptis Lydia Ariminensis*



### OBSCURISSIMA HORA - Darkest Hour - 2017 UK


*Dispositoris scaenarum: Joe Wirth. Histriones maximi momenti: Gary Oldman, Kristin Scott Thomas, Ben Mendelsohn, Lily James, Ronald Pickup, Stephen Dillane.*

Opus filmicum dispositoris scaenarum Joe Wirth de vicibus Ministri Primarii Winston Churchill tractat, incepto ab uno anno Secundo Bello Mundano, qui anno MCMXL priori Ministro Neville Chamberlain in munus successit. Regnum Unitum in gravissimo discrimine versatur, cum ei decernendum sit utrum cum Germania pacem statuat an bellum perget. Exercitus nazistarum paulatim Europam occidentalem occupat, minatur se Britanniam invadere. Quamquam rex Georgius VI et pars Optimatium ei obstiterunt, die decimo mense Maio societatem conflans cum Laboristis, gubernaculum regni habuit, decessore quoque favente.

Iam nazistae irruperant in Bataviam, Belgium, Francogalliam, ubi exeunte mense Maio, ineunte Iunio, reliquae vires Francogallicae Belgaeque cum agmine Anglico, in pugna apud portum Dunkerque, obsessae, paulatim mari mirum in modum ad Britanniam traiectae sunt. Cum ita res essent, omnes administros adhortatus est ad resistendum ne Regnum Unitum imperii Hitleriani servus fieret, secumque totam nationem cum ipso rege per orationes radiophonicas traxit.

Histro Gary Oldman, in figuram illustris viri multo fuco mutatus, optime primas partes agit in pellicula quae, praeter historiam, personae privatos mores ostendit, saepe reprehensione dignos: e.g. epistulas a cubili seminudus dictare solet, vestem cubiculariam toto die domi induit ; sumens mane, meridie et vespere potus alcoholicos, alcoholismo affici videtur, ut consuetum tabacum omittam. Haec hominis vitia fabulae historicae gravitatem mitigant et spectatores attentiores reddunt. Inter alia, duobus praemiis Ansgarianis, ob optimum histrionem et optimum fucum, pellicula exornata est.

# CRUCIGRAMMA



Auctor: Rela Girolami (RIP)

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→)

I. \_\_\_ hoc facis? (Cic.); III. Urbs Africae ubi sibi mortem consivit; VII. Vivere \_\_\_ cogitare; X. Dux imperavit militibus \_\_\_ proelium committerent; XI. Anni tempus quod aestatem praecedet; XII. \_\_\_ et labora!; XIV. Prima syllaba artis; XV. Duos annos nati; XVII. Ingenua (contractio); XVIII. Valida, statuta; XX. Oleum ex \_\_\_ extractum optimum est; XXII. Daedali filius (acc.); XXIV. Permittere, concedere; XXV. Tumores in dorso cameli (nom., neu., pl.); XXVI. Brevis furor (acc., f., sing.); XXVII. Avis cohortis; XXVIII. Sidus quod Magos ad Bethlem duxit; XXX. Armarium (m., sing.); XXXIII. \_\_\_, missa est; XXXIV. Tabulas ligneas; XXXV. Risus abundant in \_\_\_ stultorum.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓)

I. Figura geometrica solida (acc., m., pl.); II. Quod necessarium est (dat., sing.); III. Super (litterae vocales); IV. Tribus temporibus compositus (acc., f., pl.); V. Vivere est \_\_\_ ; VI. Prima syllaba artis; VIII. Satullus; IX. Textura; XI. \_\_\_ est cogitare; XIII. Arabiae incolae (acc., f., pl.); XVI. Maxime (contrarium); XIX. Siti ardeo; XXI. Ira flagrans (nom., f., sing.); XXIII. Cunabulis; XXVIII. C + I.; XXIX. Ortus (prima et tertia littera); XXXI. Cura (in medio); XXXII. Prima syllaba setae.

# CRUCIGRAMMA

I	II	III	IV	V			VI	VII	VIII	IX	X
XI							XII				
XIII						XIV					
XV					XVI					XVII	
XVIII				XIX					XX		
			XXI					XXII			
XXIII	XXIV						XXV				
XXVI						XXVII					

Auctor: Lydia Ariminensis

## DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA (→)

I. Deus Solis et artium; VI. Dea pulchritudinis et fertilitatis; XI. \_\_\_ quam dicunt Romam (Verg.); XII. Cogita, considera; XIII. Alimentum, esca (dat.); XIV. Celer; XV. Mors \_\_\_ vita mea; XVI. Sacerdos Persicus; XVII. Nummus, libra; XVIII. Oris (nominativus); XIX. \_\_\_ pater, \_\_\_ filius (acc.); XX. Facit mel (dat.); XXI. Munimentum, propugnaculum (acc.); XXII. Concludit Patrem Nostrum; XXIII. Equo vehor; XXV. Dea florum; XXVI. Acu iunctae; XXVII. Pertinens ad alas militares.

## DEFINITIONES AD PERPENDICULUM (↓)

I. Scriptores; II. Antea; III. Antiqua urbs Africae; IV. Rex animalium; V. Consonantes limae; VI. Ventis secundis scapham propellit; VII. Poesis Homer; VIII. Fructus cortice lignoso; IX. Do \_\_\_ des; X. Plautus talis fuit origine; XII. Romulus primus fuit (acc.); XIV. Bona valetudine utor; XVI. Euge, pulchre; XVII. Pande, resere; XIX. Romanis \_\_\_ nomina erant; XX. Omnia \_\_\_ vincit (Verg.); XXI. \_\_\_ amat \_\_\_ odit mulier; XXII. Pars corporis avium; XXIV. Quotidianus (primaе litterae); XXV. Filia (litterae consonantes).



## Symposium

---

XLV.

Purpura sum terrae, pulchro perfusa colore;  
saeptaque, ne violer, telis defendor acutis;  
o felix, longo si possim vivere fato!

XLVI.

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus;  
spiritus est magnus, quamvis sim corpore parvo;  
nec mihi german noxam ne culpa ruborem.

XLVII.

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor,  
et placet hoc superis, medios quod mittor in ignes,  
cum mihi peccandi meritum natura negavit.


XLVIII.

De lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo;  
ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor,  
laetus honor frondis, tristis sed imago doloris.

# CRUCIGRAMMA CRYPTICUM

**Crucigramma crypticum** est genus crucigrammatis, ex Britannia circa anno 1925 ortum, in quo enigmata, non definitiones, data sunt pro quoque verbo in cruce. Enigma quodque duas partes habet.

Pars una est definitio verbi, et pars altera est ludus verborum qui idem verbum dat. Partes junctae sunt in unam sententiam, et solutori opus est discrimen facere inter partes excogitareque an definitio ludum praecedat an ludus praecedat definitionem.



**Auctor:**  
Marc Moskowitz

## ENIGMATA IN LINEA TRANSVERSA (→)

1. Cur et quae Romanus invadit
4. Cum remi revolant circa bene facta est pluvia
5. Saecula post finem Senatus sunt violenta

## ENIGMATA AD PERPENDICULUM (↓)

1. Equites carentes et pax
2. Ulta disrupta absente, ambulatae sunt una et altera
3. Ibera erratice fit vinolenta



# SOLUTIONES




## **CRUCIGRAMMA FACILE**


P	R	I	M	A
A	E	T	A	S
U	R		I	T
C	U	D	O	R
A	M	A	R	A

	D	A	V	I	D
C	O	G	I	T	O
O	M		S	U	M
R	I	P		R	U
A	N	I	M	U	S
M	E	A	N	S	

	S	T	E	N	T
C	A	E	S	A	R
C	T		T	U	A
I	I	I		C	N
I	U	L	I	U	S
I	S	E	U	M	



# INQUISITIO VERBORUM



# SOLUTIONES

## QUADRATUM LATINUM

II	VI	IX	VIII	VII	V	I	IV	III
I	VIII	IV	IX	III	VI	VII	II	V
III	V	VII	I	IV	II	VIII	IX	VI
VI	III	I	VII	IX	IV	V	VIII	II
V	VII	VIII	II	VI	I	IX	III	IV
IV	IX	II	V	VIII	III	VI	VII	I
IX	IV	III	VI	V	VII	II	I	VIII
VIII	II	VI	III	I	IX	IV	V	VII
VII	I	V	IV	II	VIII	III	VI	IX

## AENIGMATA SYMPOSII

XLV. Rosa

XLVI. Viola

XLVII. Tus

XLVIII. Murra

I	C	T	L	E	D	A	S	U
A	L	S	T	U	C	E	I	D
U	D	E	A	S	I	L	T	C
C	U	A	E	T	S	D	L	I
D	E	L	I	C	A	T	U	S
S	T	I	D	L	U	C	E	A
T	S	U	C	D	E	I	A	L
L	I	C	U	A	T	S	D	E
E	A	D	S	I	L	U	C	T

## VOCALES NON SUFFICIUNT

Sicut terrae nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit, e terra uberi utile aliquid, etiam nullo colente nasceretur. At in solo fecundo plus cultor quam ipsa per se bonitas soli efficiet. Natura materiae, ars doctrinae est; haec fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia, materiae etiam sine arte pretium est. Ars summa, materia optima melior.

# SOLUTIONES

## CRUCIGRAMMA SYLLABICUM

VI	NE	A		PA	RI	TA	TE
DE	CEM		E	RI	GO		NE
BA		GE	LI	DI		LI	BRO
MUS	CU	LO	SI		AN	NO	SI

## CRUCIGRAMMA ABSCONDITUM

M	A	D	E	T		C	O	N	O	R
E	B	E	N	O	S		M	O	R	E
D	I	C	A	M	U	S		M	O	S
I		O	T	O		A	R	I		U
C	U	R		S	E	M	I	N	U	M
I	R	A	M		V	O	C	A	R	I
N	O	T	A	M		S	A	T	A	T
A	R	I	S	T	A		M	I	T	E

## COMPONE SENTENTIAM

Persona non grata

## REBUS

aper TIS ver BIS = Apertis verbis

# SOLUTIONES

C	U	R		U	T	I	C	A		E	S	T
U	T		V	E	R		O	R	A		A	R
B	I	M	I		I	N	G		R	A	T	A
O	L	I	V	I	S		I	C	A	R	U	M
S	I	N	E	R	E		T	U	B	E	R	A
		I	R	A	M		A	N	A	S		
C	O	M	E	T	A		R	I	S	C	U	S
I	T	E		A	S	S	E	S		O	R	E

A	P	O	L	L	O		V	E	N	U	S
U	R	B	E	M		R	E	P	U	T	A
C	I	B	O		V	E	L	O	X		R
T	U	A		M	A	G	U	S		A	S
O	S		T	A	L	E	M		A	P	I
R		A	R	C	E	M		A	M	E	N
E	Q	U	I	T	O		F	L	O	R	A
S	U	T	A	E		A	L	A	R	I	S



# SOLUTIONES



Q	U	A	R	E
U		M		B
I	M	B	E	R
E		A		I
S	A	E	V	A

1 →

**QUARE** (R (Romanus) in QUAE = QUA-R-E)

4 →

**IMBER** (IMER (REMI retrorsum) circa B = IM-B-ER)

5 →

**SAEVA** (S (finis SENATUS) + AEVA (saecula))

1 ↓

**QUIES** (EQUITES – ET = E~~Q~~UIT~~E~~S)

2 ↓

**AMBAE** (AMBULATAE – ULAT (ULTA disrupta))

3 ↓

**EBRIA** (IBERA anagrammatice)